RARY · CHICAGO

C 223
yi
229

1°) Airié
2°) Pasquier. of H. 1800
3°) Holman
4°) Peucer
5°) M.C. Barbier

I. Decretum Regis factum in Consilio suo privato de innocentia Dn: Caspari de Coligny Dñi de Châstillon &c. a sua Majestate pronunciatum ulti: Jan: 1566

II. Ad Regis Galliæ Consiliarios exhortatio quo pacto obviam iri possit Seditionibus quæ ob Religionis causam impendere videntur

III. P. Sixti V Fulmen brutum in Henricum Serenissi. Regem Navarræ, et illustriss Henricum Borbonium Principem olim Condæum evibratum. cujus multiplex nullitas ex protestatione patet. cui subjuncta est disput. Roberti Bellarmini Soc: Je: de Primatu Episcopi Rom: et ad eam responsio, item Aliciati, Cujacii, Hotomanni Conjecturæ de falsitate L. inter claras. 8. C: de Sum: Trinit. cum Synopsi et indice necessario.

IV. De Christianissimi Regis periculis et notata quædam ad Sfondratæ Pont. Max. literas monitoriales.

V. Lettres des Protestans de France qui ont tout abandonné pour la cause de l'Evangile a tous les autres, Protestans, Evangeliques et freres en Jesus Christ avec une lettre particulière aux Rois Princes & Protestans.

no. 1

# DECRETVM
## REGIS FACTVM IN

conſilio ſuo priuato, de Innocentia Domini Gaſpari de Coligny, Dñi de Chaſtillon, magni Admiralis Franciæ, & à ſua Maieſtate pronunciatum die vltima Ianuarij, Anno 1566.

AVGVSTÆ VINDELICORVM
Philippus Vlhardus excudebat.

THE NEWBERRY
LIBRARY

CASE F 39 .326 1566f

# DECRETVM INNOCENTIÆ Domini Gaſpari Comitis de Coligny, magni Admiralis Franciæ.

QVOD Rex, memor libellorum ſupplicum ſibi oblatorum (primi, in Meullant die 26. Septembris, anno 1563. à Domina, matre videlicet, & vidua defuncti Domini Franciſci de Lotharingia Ducis de Guiſe, quondã, Paris, Magni magiſtri, & magni Chambellani Franciæ, cui libello ſubſignarant liberi, fratres, conſanguinei & amici defuncti. Secundi exhibiti in Chantilly die 27. Octobris eiuſdem anni, & tertij, per prædictam Dñam de Guiſe uiduam defuncti, cũ proprio, tum ut tutricem liberorum ſuorꝫ minorum noĩe, die 8. menſis Decembris proximè ſubſequentis præſentati:) in quibus à S. Maie: petebatur, ut ſibi in curijs Parlementorum (quorꝫ in dictis libellis fiebat mentio) liceret perſequi crimen homicidij cõmiſſi in perſonam defuncti Ducis de Guiſe, aduerſus omnes quotquot de eo ſuſpecti deprӕhenderentur nocentes, præſertim contra Gaſparum de Coligny Dñm de Chaſtillon Admiralem Franciæ. Et quocꝫ reſponſi ac libelli econtra oblati à prædicto Domino Admirali, Poſt quorꝫ ſupplicationes die 5. Ianuarij proximè ſubſequentis, S. Maieſtati placuerat,

51-1806

placuerat, in triennij vel etiam longius pro ſuo libitu ſpatium huius criminis perſecutionem ſuſpendere, interim ꝓhibuerat, ne quiſq̃ ex aduerſarijs, alter alteri moleſtiam vel clam vel palàm exhiberet, nec vllus Iudex de eo crimine cognoſceret, ſibi illius cauſæ cognitionem reſeruans. Sed quoniam poſtea cognouerat nō diremptam hanc inter ſuos ſubditos cōtrouerſiam, varijs animorum diſſidijs & inimicitijs anſam præbere, in hanc vrbem Molinarū vocaſſe ad ſe Card: Lotharingię, & Dominam de Guiſe defuncti viduam tutricem & curatricem ſuorum liberorum minorum, pręterea Dominum de Chaſtillon Admiralem. Quibus declararat ſingulare deſiderium, quo pluribus de cauſis flagraret, componendi inter haſce familias diſſidij ex ſupradicta cauſa orti, atq; per ſeſe via iuſta ac æquitatis plena finē imponendi huic controuerſię. Quo intellecto præfatus Dominus & Domina reſpectiuè oſtenderant, ſeſe prōptos eſſe, hac in parte ſe ſubmittere æquitati & iuſtitiæ, quam ſemper concepta de ſua bonitate ſpe, expectarant in rebus omnibus. Sicut plenius continetur in actis diei 12. præſentis menſis, Signatum Charles: & contraſignatum de Laubeſpine. Verum paulo poſt, Cardinalis & Domina de Guiſe indicarāt, S. Maieſtati, ſibi ad manus non eſſe documenta & probationes ad cauſam neceſſarias, ideoq; dilationē petere: quā S. Maieſtas ipſis conceſſerat. At cognito hanc dilationem in longum protractam iri, & probati-

ones,quibus ipſi vſuri videbātur, in promptu eſ-
ſe ipſos admonuerat, ut declararent qualia eſſent
ea,quorum cauſa dilationem poſtularant. Cui au-
ſcultantes Card: & Domina de Guiſe manifeſtarāt
particulatim, quæ producturi in hoc negocio fo-
rent, conceſſæ dilationi renunciantes, modò certi
redderentur, ea penes S. Maieſtatem reperiri, ip-
ſamq́ue ordinaturam ut inſpicerentur. Hoc ordina-
tum atque expeditum ab ſe fuiſſe, ſicut apparet ex
actis diei 17. dicti menſis. Signatū de Laubeſpine.

Poſtea die 26. dicti menſis et anni, iterum à Do-
mina de Guiſe oblatum fuiſſe S. Maieſtati libellū,
quo petebatur, ut ſibi liceret ſupradictum crimen
contra ſuſpectos proſequi in curia Parlamenti Pa-
riſienſis, atque eo mittere documenta & probatio-
nes, quæ eſſent penes ſuam Maieſtatem. Hinc de-
clararat Rex ſibi atque conſilio ſuo ſe reſeruaſſe co-
gnitionem huius materiæ principalis, & ab ea de-
pendentium cauſarum, ut viſis & in conſilio ſuo
conſideratis ſingulis Dominę, ſicut ratio poſtulat,
ius dicere queat. Atque propterea ſe, aſſiſtente ſibi
Regina matre, conuocaſſe Principes ſui ſanguinis,
& alios Dominos Mareſchalcos Franciæ, Equites
ſui ordinis, & conſiliarios infra nominatos, ut in
ſua & dictorum Dominorum præſentia prælege-
rentur articuli confeſſionis quondam Ioannis de
Poltrot (qui ſe nominabat Dominum de Merey)
propter dictum homicidium ſupplicio affecti, ex
curia Parlamenti Pariſienſis ad ſe ſuo mandato
tranſmiſſæ.

tranſmiſſæ, & de omnibus & ſingulis punctis in actis diei 17. dicti menſis ſpecificatis, & relatione aliorum actuum, & ſupplicationum ſupra memoratarum, & ipſius lecturæ & relationis ſuæ Maieſtati factæ, ſe hodie indicaſſe Domino Cardinali Lotharingiæ, & Dominæ de Guiſe, ſicut & Domino de Chaſtillon Admirali Franciæ, perſonas conuocatas ut aſſiſtant in dicto cõſilio, quo cognoſceret an ne aliquos vellent remoueri. Hinc Dominum Cardinalem Lotharingiæ & Dominam de Guiſe declaraſſe, ſe libellos ſupplices Regi ut ſummo et naturali Domino, non vlli alio obtuliſſe, ipſi permittentes in hoc caſu quicquid placuerit decernere. Idem & Admiralem reſpondiſſe, quod ſe totum permitteret placito ſuæ Maieſtatis.

Poſt has igitur declarationes voluntatum vtriuſqꝫ partis, ſuam Maieſtatem iniunxiſſe & mandaſſe Domino de Chaſtillon Admirali, ut criminis homicidij, de quo inſimulatus accuſabatur, ueritatem coram ſe manifeſtaret: atqꝫ à Domino Admirali reſponſum tuliſſe, ſicut antea corã ſua Maieſtate affirmarat atqꝫ declararat, ſic nunc coram eadem affirmare & declarare, ut coram Deo, quod nec ipſe homicidium de quo inculpetur cõmiſerit, nec alteri mandarit, imò nec approbarit.

Rex, ſupradictis omnibus bene intellectis, & matura deliberatione examinatis, accedente communi & concordi ſententia Principum, Dominorum & Conſiliariorum prædictorum, Dominum

de Chaſtillon Admiralem Franciæ à crimine homicidij abſoluit, innocentem eum pronuncians, & ab omni moleſtia qua vel hactenus impetitus, vel in poſterum hoc reſpectu impeti poſſet liberum. Ideoq; ſilentium perpetuum impoſuit, & imponit procuratori ſuo generali: & tam partibus quàm alijs quibuſcunq; prohibet & interdicit, ne quiſq; vel nunc vel in poſterum hanc controuerſiam audeat ſeu iudiciali ſeu alia quauis via reſuſcitare & perſequi, Nec Iudex qualiſcunq;, cuiuſcunq; iuriſdictionis de ea cognoſcere. Suſcepit prędictas partes in ſuam protectionem, iniunxit illis ut amice inter ſeſe ſub ſua obedientia viuant, nec quidq; altera cõtra alteram attentet vel clam palamúe machinetur: Declarans ex poteſtate regia, ſi quiſquã prædictarum partium, earum conſanguineorum, amicorum, vel aliter coniunctorũ & attinentium contra præſens decretum contrauenerit, eum læſę Maieſtatis crimen incurriſſe & incurrere, & ut violatorem pacis & perturbatorem quietis publicæ cum omnibus ſuis bonis Fiſco eſſe obnoxium. Itaq; bona ea ex prȩſenti die, ſicut eo caſu facturus eſſet, vnijſſe & incorporaſſe, vnire & incorporare Dominio ſuæ coronæ. Interdicit quoq; ſub prædicta pœna, omnibus cuiuſcunq; qualitatis, ne huic decreto ſe opponant, in dubium, controuerſiam vel diſputationem reuocent, Et vult ut hoc decretum mittatur ad omnes curias Parlamentorũ Regni, Bailliuatus & ſeneſchalcatus eiuſdem, ut ibi

publicetur

publicetur & regiſtretur, ne quiſquam poſſit prætendere ignorantiam. Actum in Conſilio, in quo aderant Dominus Frater Regis, Domini Cardinalis Bourbō, Princeps de Conde, Dux de Montpencier, & Princeps Delphinus, Principes ſanguinis Regij: & Domini Duces de Longueuille, & de Neuers Par Franciæ, Dominus Dux de Montmorancy etiam Par & Conneſtablius, Dominus Cancellarius. Domini de Vieilleuille, & de Bourdillon Mareſchalci Franciȩ. Domini de Moruillier, & Epiſcopus Vallenciȩ, Domini de Cruſſol & de Gonnor Equites ordinis, Epiſcopus de Lymoges, Domini de Lanſac & Chaulne, & Baro de la Garde equites ordinis. Dñi Chriſtophorus de Thou primus Præſes, & Petrus Seguier, & ipſe Præſes curiæ Parlamenti Pariſienſis. Domini de Laubeſpine, & de Cazedieu. Omnes conſiliarij priuati conſilij. Et Dominus Baptiſta du Meſnil & ipſe conſiliarius, & aduocatus dictȩ curiæ Parlamenti. Actum die 29. Ianuarij, Anno 1566. In arce Molinarum in Bourbonnia. & pronunciatum partibus die vltima dicti menſis.

Signauit Bourdin.